



Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 13. Fulminum naturales & spirituales vtilitates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

fendi, cùm Romæ Elphegus Cantuariensis Marul. li.
Archiepiscopus omnibus bonis exutus, & 3. cap. 3.
vrbe electus fuisse, repento tecta incen-
dio conflagrare cæperunt. Reuocatus est,
ſuāq; oratione incendium extinxit. O quo-
ties sancti hominum patroni, ac præcipue
custodes Angeli nō incendia ſolūm, aut ful-
mina à capitib; noſtris auertunt oratione
ſua, ſed etiam obſtant, ne in æternos ignes
projiciamur? At nos id tam grande benefi-
cium non agnoscimus, per quod ad D E V M
amandum inuitamur; alioqui utique etiam
in iplis fulminibus, & tempeſtatibus, lau-
dandi Creatoris argumentum reperiemus.

§. XIII.

Fulminum naturales, & ſpirituales utilitates.

Quid quòd aliæ quoq; cauſſæ, atque uti-
litates, immo necessitates, in igne, atque in
aëris intēperie, reperiuntur? Quid ſine plu-
uijs terra gigneret? An non ſine ventis aër
ignauus putreficeret? Fulminum vis, an non
omnipotentiam Creatoris manifestat? im-
pingit in nubium latera ſicca & calida ter-
ræ expiratio, motuq; ita incalſcit, ut hor-
ribili cum fragore obſtaculum diſtrumpens,
omnem bellici tormeti ſonitum impetumq;
vincat. Quid quòd Ceraunia (Iaspidis id ge-

F 2 nus

nus est) nullibi, nisi in locis fulmine ictis, reperiatur? Quid quòd à cuneo Fulminis ramenta & rasuræ ad medicamenta vtiliter adhibeātur? Aliæ quoq; vtilitates plurimæ ex igne, aut fulminibus, seu in artes, seu in mores redundant. De rebus Orientalibus

Olaus memorat Olaus Magnus, apud Gothos & mag. li. 5. Sueonios, à fulmine tangi montes marmoream duritiem superantes, eorumq; ictibus

formari tū pyramides, tum columnas, quæ nō minore arte excisæ videantur, quam humano labore, & reliquæ à lapicidis conficiuntur. Quis non miretur hīc opificem De-

Sur. in VM? Sed vel maximè hinc mores instruuntur. Vt taceam, Martinum Lutherum Iuris prudentiæ adhuc studiosum, in agro, cum socio deambulantem, repētē, fulminis ictu,

minimo minùs, socium autem eius omnino exanimatum fuisse, Lutherumq;, ex illo terrore, Monachum factum. An non superbi hīc discunt metuere? Nam sicut fulmen igne id sursum euocante, & vi, qua è nube deiicitur, deorsum premente, obliquo plerumq; motu fertur, atque idcirco summos præcipue montes, & præaltas turres ferit (adeò, ut in Italia, quondam inter Sarracinam & ædem Feroniæ, turres fieri desierint, nulla nempe

com. sub.
annum
Christi.
1517.

nempe non earū fulmine deiecta) ita summa capita plerumq; citius, certè grauius, à Deo puniuntur. Sicut fulmen valētiora vehementius obterit, eò quod non cedant, ita Iac 4. 6.

superbis resistit Deus, qui humilibus dat gratiā.

Apud Aristotelem, in scuto fulmine icto, æs liquefactum, lignū quia exhalationi transi- tum dederat, nihil percessum legitur. Nec similitudine duntaxt, sed etiam reipsa fulmen superbiam notauit, Tradit enim Oro- sius, Lucij AElij Equitis Romani filiam fulminatam, omnibus vestimentis ac pectoris pedumq; vinculis dissolutis, monilibusque & annulis discussis. Ita fulmina, ita ignis, ita aér, & tempestates sunt Numinis satellites, & hominum doctores.

Orosius.
lib. 5.
cap. 15.

§. XIV.

Aliae Fulminis spirituales utilitates.

In igne, hominis D E V M amantis virtutes intuemur. Vterque ignis lucidus, calidus, celer est. Vterq; sursum tendit. Nam & eius, qui D E V M amat, lucent opera, calet affectus, nec patitur amor tarditatē: deniq; cælum versus semper mouetur; nec terram petit, nisi violentiam patiatur. Quid quod celeritas Angelici motus hinc inotescit? quippe fulminis ocyor alis est. Vnde &

F 3

Domi-